1440 Januar 10, Florenz. **Nr. 418**

Eugen IV. an die Kurfürsten.[1] *Erwähnung der* cedula, *die ihnen durch die päpstlichen Gesandten NvK und Jacobus de Oratoribus vorgelegt worden sei.*

Or., Perg.: GENF, *Arch. de l'État, Pièces historiques 522.*
Druck: RTA XV 198f. Nr. 113.
Erw.: RTA XV 132; Honecker, Entstehungszeit der "Docta ignorantia" 136; Meuthen, Dialogus 28.

Nr. 418 *wie auch die folgende* Nr. 419 *gelangten nicht in die Hände der Adressaten, sondern wurden dem päpstlichen Boten bei der Durchreise in Basel abgenommen; RTA XV 230:* et cum ille nuntius, ut citius descenderet, versus Basileam ad Renum pro navigio devenisset, per potestatem de Basilea captus et incarceratus est vestreque *(die an die Kurfürsten gerichteten)* littere sibi sublate sunt et omnia monumenta mihi *(nämlich Jacobus de Oratoribus)* directa. *Auf diese Weise gelangten sie ins Konzilsarchiv, dessen Originale in größerer Zahl in* GENF, *Bibl. Publ. et Univ., Ms. lat. 27, enthalten sind. Übrigens wurde auch Jacobus de Oratoribus auf der Rückreise von Frankfurt nach Florenz in Schwaben überfallen und verbrachte einige Tage auf der Feste Steineck; RTA XV 136.*

Per litteras nostras pridem vobis transmissas ac cedulam per dilectos filios Nicolaum de Cusa ac Iacobum de Oratoribus nuntios nostros nomine nostro exhibitam[2] satis ample de presentibus ecclesie necessitatibus ac de spe, quam de vobis habemus, necnon de intentione et desiderio nostro certiorati estis. *Er drückt seine Erwartung aus, daß sie den von den Baslern erhobenen Gegenpapst und dessen Anhänger bestrafen.* Ceterum hortamur, ut, quemadmodum prefati nostri nuntii postularunt, vestrum velitis gratum in scriptis dare responsum.

---

[1]) *Sie waren in Frankfurt zur Königswahl versammelt.*
[2]) Nr. 412. *Zur Frage, ob NvK in Frankfurt war, s.u.* Nr. 419 *Anm. 8.*

1440 Januar 10, Florenz. **Nr. 419**

Eugen IV. an Nicolaus de Cusa, *Propst von Münstermaifeld, und* Iacobus de Oratoribus, *⟨Kathedral-⟩Kanoniker in Ferrara,* nunciis nostris. *Sie sollen ihm umgehend das Ergebnis der Frankfurter Königswahl mitteilen, den Gewählten beglückwünschen, in seiner Umgebung bleiben und die Interessen des Papstes wahrnehmen. Bei den in Frankfurt versammelten Fürsten mögen sie auf Beantwortung des päpstlichen Schreibens drängen.*

Or., Perg. (litterae clausae mit Bleibulle): GENF, *Bibl. Publ., Ms. lat. 27 Nr. 55.*
Druck: RTA XV 200–202 Nr. 114.
Erw.: RTA XV 132f.; Honecker, Entstehungszeit der "Docta ignorantia" 136; Koch, Briefwechsel 10 Nr. 28; Meuthen, Dialogus 28.

Accepimus litteras cuiuscunque vestrum laudamusque prudentiam et diligentiam vestram in cunctis statum et honorem nostrum et sedis apostolice concernentibus, commendantes pariter cedulam illam per vos exhibitam electoribus vigore litterarum nostrarum, quas de credentia habebatis, tanquam iuxta mentem nostram bene et prudenter conceptam.[1]) Que scribitis de dieta apud Franchfordiam tenenda in die conversionis beati Pauli[2]) pro electione regis Romanorum, intelleximus deumque oramus, ut talem eligi permittat, qui et possit et velit sanctam dei ecclesiam, prout tenebitur, defensare. Spem tamen in dei misericordia et in electorum prudentia habemus talem eligi, qualem ecclesie et religionis christiane necessitas postulat, volumusque, ut, quam primum electio facta fuerit, etiam nobis per nuncium proprium illico nuncietis et, sive presens erit electus sive absens, ad ipsum vos personaliter conferatis simul cum dilecto filio nostro cardinali sancti Vitalis Augustensi nuncupato[3]), cui etiam super hoc scribimus, si aderit in ipsa

---

[1]) Nr. 412.
[2]) *Richtig: 28. Januar; s. RTA XV 200 Anm. 2.*
[3]) *B. Peter von Augsburg, 1439 XII 19 zum Kardinal erhoben; s. Uhl, Peter von Schaumberg 64.*

dieta dictus cardinalis. Alioquin vos dictum adeuntes electum congratulabimini secum de huiusmodi assumptione et illa eadem apud ipsum promovebitis, que ex nostra commissione apud electores pridem promovistis[4]), sumendo ex litteris nostris et cedula vestra rationes et alias, prout dictaverit ingenium, afferendo.

Conveniet vero imprimis secum et cum suis consiliariis agi, ut pro defensione sedis apostolice, a qua sola vis imperii Romani fuit in Germanos translata, velit, quemadmodum tenetur, viriliter laborare. Et cum nos ac sedem apostolicam in cunctis statum et honorem suum concernentibus illi ample obtuleritis, persuadebitis eidem atque consiliariis suis, ut morem imitatus ipse electus aliorum, qui hactenus in Romanorum reges electi fuerunt, suam electionem per suas litteras nobis intimet, suadebitisque pariter, ut mittat decretum electionis pro confirmatione a nobis iuxta formam iuris obtinenda. Nec ab ipso electo, ubicunque sit aut quocunque proficiscatur, aliqua ratione discedatis, sed illum, quocunque ierit, secuti quotidie et in missis et alibi visitetis, ipsum continuo et suos de iusticia nostra et Basiliensium pravitate ac de illa ambitione, impressione, coactione, praticis notoriaque impudentia, quibus nefarie usus Sabaudie dux in idolum eligi quesiverit, plenarie informantes narrantesque econtra, quam magnifica et gloriosa fuerunt opera, que auctore domino nostra impensa, pro qua nullum oneravimus, in Grecorum atque Armenorum reductione effecimus. Quo in sermone dicendum erit de numerositate populorum utriusque gentis noviter reducte quodque non solum in hac tali operatione requievimus, sed insuper Grecis post factam unionem obtulimus multa et ampla subsidia mari ac terra eorum imperatori exhibenda ⟨pro⟩ Turchis ex Europa et Grecia expellendis. Cuius rei causa clare memorie Albertum regem Romanorum defunctum requisiveramus, ut huic rei intendens operamque dans pararet exercitum contra Teucros in tempore ducendum.[5]) Nam nos etiam constitueramus magnam classem cum auxilio principum christianorum eodem in tempore paratam habere dandam predicto Grecorum imperatori, qui ex partibus Constantinopolitanis contra dictos Teucros exercitum duxisset. Accommode item tunc dicere potestis de periculis, que per mortem predicti regis imminent Hungarie a barbaris. Ex tam multisque concludetis oportere, ut electus ipse tanquam advocatus et defensor ecclesie viriliter se accingat ad protegendum christianitatem.

Ceterum ibitis quam primum ad dietam Frankfordie, ubi, postquam negocium vobis commissum promoveritis, instare debebitis tam apud electores quam alios principes in dicta dieta convenientes, ut responsio vobis detur in scriptis super litteris apostolicis, quas tu Iacobe tulisti, et super cedula per ambos exhibita, informabitisque plenarie cardinalem Augustensem de omnibus per vos promotis et dietim promovendis. Quem vobis adstiturum non dubitamus usque ad felicem huius rei expeditionem.

Quod reliquum est, misimus vobis pridie decretum 'Moyses'[6]) et nunc transmittimus aliud de Armenorum reductione.[7]) Vos curare debebitis, ut, quecunque in dies fiant scribi digna, celeriter ad nos perferantur quam diligenter a vobis scripta, pariterque scribatis, quid a vobis oportere fieri censeatis.[8])

---

16 translata: translatum 17 ac: ad.

---

[4]) *Nämlich auf dem Kurfürstentag zu Lahnstein; s.o.* Nr. 412.

[5]) *Dazu auch RTA XV 478f. Nr. 262 (3).*

[6]) *Verurteilung der 'drei Wahrheiten' der Basler 1439 IX 4; COD 529–534.*

[7]) Exultate deo adiutori *1439 XI 22; COD 534–559. Zur deutschen Überlieferung s. RTA XV 201 Anm. 6.*

[8]) *Die Anwesenheit des NvK in Frankfurt ist im Unterschied zum Nachweis des Jacobus de Oratoribus nicht bezeugt; RTA XV 134; Klibansky, in: Nikolaus von Kues. Die belehrte Unwissenheit 215. Jakob tritt ausdrücklich als Einzelgesandter auf; RTA XV 228–231, 233f. Man kann die Abwesenheit des NvK allerdings nicht mit der Beschlagnahme von* Nr. 419 *durch die Basler erklären, da sie beide Gesandten ja gleicherweise vom Besuch des Wahltages hätte abhalten müssen. Ferner konnten die päpstlichen Schreiben ihre Adressaten nur rechtzeitig erreichen, wenn diese ohnehin nach Frankfurt gingen, und die Kenntnis, die Jakob in den ersten Februartagen vom Abfang der Briefe hatte (RTA XV 229f.), dürfte nicht viel jüngeren Datums sein, als es der Eingang der Briefe selbst gewesen wäre. Andererseits ist zu fragen: Wenn NvK sich schon zwei Monate vorher, offensichtlich ungebeten und ohne noch von der Sendung Jakobs unterrichtet zu sein, an einen auf dem Frankfurter Fürstentag weilenden königlichen Gesandten wandte (s.o.* Nr. 408*), hätte er jetzt, nachdem er erneut päpstlicher Gesandter geworden war, nicht umso dringlicher auch selbst in Frankfurt erscheinen sollen? Überdies ist in Frankfurter Aufzeichnungen zu den Vorgängen vor der Königswahl von* des alden babstes frunden *in der Mehrzahl die Rede (RTA XV 159), obschon damit auch, allerdings weniger wahrscheinlich, die Begleitung Jakobs gemeint sein kann. Vgl. ferner RTA XV 236f. Nr. 125 sowie die genauere Kenntnis des NvK von den Frankfurter Ereignissen in* Nr. 469, *die freilich auf Berichte dort Anwesender zurückgehen*

kann. So muß die im Hinblick auf den Abschluß von De docta ignorantia *(s.u.* Nr. 426*) nicht unerhebliche Frage, wo NvK in den letzten Wochen vorher geweilt hat, wohl einen Frankfurter Aufenthalt in Erwägung ziehen (s. Meuthen, Dialogus 28f.), wenngleich man sich der Suggestion eines der geistigen Schöpfung gewidmeten Rückzuges aus der Politik nicht gern entziehen möchte. Vgl. zum ganzen auch Honecker, Entstehungszeit der "Docta ignorantia" 136f., der allerdings von mancherlei falschen Datierungen und dementsprechend irreführenden Voraussetzungen ausgeht.*

1440 Januar 26, Basel. **Nr. 420**

Konzilsprotokoll. Sachliche Billigung, jedoch mit Beschluß formaler Neufassung der Konzilssentenz u.a. gegen NvK.

Or.: Solothurn, *Zentralbibliothek, Hs. S I 175 (s.o.* Nr. 337*) f. 480*^{r}.
Druck: CB VII 39.

Martis xxvi dicti mensis ianuarii in sacra deputacione pro communibus, presidente domino preceptore Reversii: Super sentencia ferenda contra Portugalensem et Dignensem pretensos episcopos ac Nicolaum de Cusa etc. placuit materia, sed forma remissa fuit reaptanda et lim⟨it⟩anda iuxta decreta concilii et honorem eiusdem, et fuit commissum domino Wilhelmo de Constancia, Io. Vrunt et Io. Rodenhem.

1440 Januar 27, Basel. **Nr. 421**

Konzilsprotokoll. Inhaltliche und formale Billigung der vorgesehenen Sentenz u.a. gegen NvK.

Or.: Solothurn, *Zentralbibliothek, Hs. S I 175 (s.o.* Nr. 337*) f. 480*^{v}.
Druck: CB VII 40.
Erw.: Meuthen, Pfründen 43.

Mercurii xxvii dicti mensis in sacra deputacione pro communibus: Super sentencia contra Portugalensem et Dignensem episcopos ac Nicolaum de Cusa necnon Rodericum Didaci[1]) ferenda reaptata placuit materia et forma et quod committatur reverendissimo domino cardinali, qui hodie in congregacione generali propterea indicenda et tenenda eam pronunciari et ferri faciat.

---

[1]) *S.o.* Nr. 329 *mit Anm. 1.*

1440 Januar 27, Basel. **Nr. 422**

Konzilsprotokoll. Verkündung der Konzilssentenz gegen die "vorgeblichen" Bb. Petrus von Digne, nunmehr von Meaux, und Antonius von Porto, gegen NvK und Rodericus Didaci.

Or.: Solothurn, *Zentralbibliothek, Hs. S I 175 (s.o.* Nr. 337*) f. 481*^{rv}.
Druck: CB VII 40f.
Erw.: Honecker, Entstehungszeit der "Docta ignorantia" 127; Hofmann, Rodrigo 186f.; Meuthen, Pfründen 43.

Sitzung der Generalkongregation. Der Konzilsnotar Hüglin liest folgendes Konkordat des Zwölfer-Ausschusses vor: Concordant omnes sacre deputaciones, quod hodie mercurii xxvii huius mensis ianuarii teneatur congregacio generalis pro sentencia ferenda contra Petrum olim pro Dignensi, nunc pro Meldensi, et Antonium pro Portugalensi episcopis necnon Nicolaum de Cusa et quendam Rodericum Didaci ferenda. Quo lecto dominus Arelatensis conclusit et congregacionem indixit.

Aliud concordatum: Super sentencia ferenda contra iam prenominatos pretensos episcopos necnon Nicolaum de Cusa et quendam Rodericum Didaci etc. concordant omnes sacre deputaciones in materia et forma ipsius sentencie et quod committatur reverendissimo domino cardinali Arelatensi presidenti, qui